

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 23.

Lyslum-Meum, Die Martis. 10. Apr. 1810. (Neov. 23, Mar. 1810.)

Meditationes

De donis Fortunae.

O Fortuna!

Hæc vox ejusvis est, qui olim egestate pressum eminere dignitate, splendoreque circumdari videt — *O Fortuna! O Dea sollicitatis!* quam dispari dispensas ratione munera tua!

Sunt qui ipsam providentiam arguunt, quod reprobos præmio adficiat, contra probos virtutisque deditos destituat, ut liputant.

At memento homo! te superis calumniam facere, adversus eos insurgere. —

Loqueris, loqueris, ut venerandus quidam Helvetus ait, loqueris: quæ ratio fuerit, quod bona fortunæ ad manns abjectissimorum homuncionum pervenire debuerint? quem tu abjectum quem vilem censes? eum, qui concessis sibi donis utiliter utitur? — an, quæso, es partium studii expertus, & intelligens judex ejus, quem indignum compellas? an sacris & penetralibus grandis politici ordinis ita initiatus es, ut enolumentum & detrimentum exacte definire intelligas? quis vadem, prædemque se offeret: miliones hominum bona fortunæ sibi concessa nobiliorum in usum conversuros, quam si, quos condemnabas?

ta nnum solum alterutraque adnotas, quod ejus auctoritas — ejus opes, tuos oculos præstruant, at te latent actiones quas milliones committunt & omittunt, quæ eorum agendi sphaera æstior est — an tibi met. ip. v. adimonium præbes, te sub aliis adjunctis æque ea mente ea agendi ratione uturum, prout in hæc restricta adjunctorum conditione? — quam sæpe non pro adjunctorum tuorum mutatione in æstia rerum ratione hincquam agendique rationem tunc ipsas opes & agendorum modum mutasti? — Noli judicare, ne tute ipse judicaris! ne condemnes hominem, qui sub aliis adjunctis, alia educatione aliis conceptibus & affectibus aliam agendi, rationem sequitur te — Si in vicem matris, principis auxilios ubera, si in locum vestimenti tenuis purpuram indutus esses, si sedes tua thronus, amicus blandiens adulatione & private emolumento contextus aulicus ad sidera te antolens fuisset, an scire posses, quid te fieret?

Et quomodo? hæc & tu in limitatis fortunæ adjunctis dignissimus es, qui illis fruarer? an adfirmare potes: te iis quovis tempore sapientissime usum esse? O quot & quanti sunt, qui non ea possident, de quibus tu gloriarer potes, qui iisdem gaudentes nobilioribus, liberioribus, & publico magis utili ratione utendo profuissent! cur igitur alios condemnas, & te met ipsum non prius arguis?

Ats: Eodem providentia bonam voluntatem amicos homini viribus destituit, contra seculum mediis instruit fecit? An scitis es: fa-

missam, quæ hodie putative in perpetuo
sua proba & virtutis studiosa, proia iustitia
se felix est, virtutem & felicitatem animi
nosceret, si opus & illecebris illicitique
luxuriosæ vitæ circumdaretur? —

O verane homo! ræpe fortunam arguis
ex qua tibi inscio felicitas & salus proman-
ent, ubique in ejus vicem splendorem & ca-
lamitatem proaris. —

Quod si scelus in orbe magnis subsidiis
fuit instructum, erat nihilominus effectus ne-
cessitates, virtus in se ipsa tanto ut plures
vires explicet, ad resistendum vitio. — Mille
eximia ingenia incognita laterent, in tenebris
& absque fructu torperent, si per necessita-
tem suscitata non fuissent. Mille beatissimas
inventiones detectionesque adhuc occultæ es-
sent, si paupertas & indigentia ex latrobris
protracta non fuisset! —

Circumspice, quæ nam sint dona for-
tunæ? & an respe tanta disparitate distri-
buita, qua tu ægitudine animi præditus ar-
bitraris?

Nulla in orbe est malignitas, quæ ali-
quo emolumento non compensaretur — nul-
lus defectus; quem aliquod bonum non com-
pensaretur — nulla regio alii donis naturæ
æqualis, at quævis sibi propria habet illu-
sæ atque singulares quasdam amœnitates. —
Cum jam consuetudo admodum facile cum
nonnullis malis nos in gratiam redire faciat,
quævis incola patriam suam præstantiorem
ducat cæteris regionibus, & ita se res habe-
um singulis hominibus. —



Illa familia diversis fortunæ bonis affuit
 at vexatur fati suorum sociorum — invidia
 fertur in amorem, in concordiam, & perpe-
 tuam hilaritatem qua multe pauperior alia
 fruatur. — Iste commiseratione dignus est,
 quod hebetis ultra modum ingenii, quodque
 continuo ab aliorum moderatione dependere
 solet; at opibus valet, atque a fame & e-
 gitate tutus est. — Hic omnibus abundare
 solet, at parum opibus fruatur, quod com-
 ma corporis invaliditate torquetur. — Al-
 ter caret opibus, vivit pauper, at satis ha-
 bet, quod laboriosus sit, qui labor valetu-
 dinis ejus custos est. — Alius rursus aucto-
 ritate destituit, absque dignitatibus vivit,
 absque redditibus, at insidet ei mens illustris,
 ejus scientiæ milleis eum eminentiorem red-
 dunt, perispacia qua pollet, ei petior est
 omni auro.

En! hac ratione sapiens providentia ter-
 rena bona non adeo *inaequaliter* dispensavit,
 quam primo statim obtutu videretur. — Ne-
 mo in hoc mundo ditissimus, nemo pauper-
 rimus — quis habet aliquid, quod eum præ-
 rogativam in alio invideret, & sibi precatum,
 quis præditus est dotibus, quæ multis alijs
 desunt. — *Non omnia possumus omnes.* —
Non omnis fert omnia tellus — vetus fert ada-
 gium — diversa ratione & multiplex provi-
 dum numen manera sua dispersit; quapro-
 pter:

Noli queri de inæquali putativa posthac
 bonorum fortunæ distributione — amplius

nell eos contempleri livido oculo, qui videntur plus fortunæ nacti, verum eos considera qui pauciora bona acceperunt; memento: eum quoque, qui tuæ invidiæ obicitur in te dotes atque prærogativas deprehendere posse, quibus caret, & quas frustra sibi optat. Tu opes ei invides, contra in valetudinem tuam, tu perspicaciam ejus tibi precarere, ille mentis hilaritatem, animi serenitatem tuam tu honores, gloriam, dignitates ejus optas; at ille curis vacua adjuncta tua, felicit sub ignorantia, sub qua nec inimici, nec invidi sum persequerentur. — *Nemo omnibus laborat, at omnibus aliquid deest.* —

Nihil est ab omni

Parte beatum

Te greges Centum siculæque circum

Mugiant vacuæ, tibi tollit hinnitum

Apta quadrigis equa, te bis Afro

Murice tincta.

Vestiat lans: mihi parva rura &

Spiritum Græcæ tenuem Comosæ

Parca non mendax dedit & malignum

Spernere vulgus.

Horat. Carm. L. 11. E. 16.

Quanto diutius dona fortunam inter homines animo expendimus, tanto magis eximiam sapientiam, & amor Dei menti illucet; eo tranquilliore postremum animo excipimus id, quod I ex iis largitur. Nemo enim in hoc orbe terraqueo est, cui ratio suppeteret fortunæ suæ impreari, nisi sua culpa eam ter-



rificam & intolerabilem reddidisset — quis vero tandem in orbe pauperrimus? Ille sane, qui sorte sua contentus non est — quis contra diuissimus a que liberrimus? profecto qui paucissimis urgeat. —

Ad id ut fortunæ contentis donis, quæ patris opulenti manu largita est, nullo non tempore gravis & æternæ veritatis cave oblitiscaris. Fallit enim hominum independentem esse a bonæ fortunæ — non qui optima possidet, verum qui optimus est, beatissimus censeri debet.

Si beatitudo humana a splendore dependet, ab epibus, a dignitatibus, ab excolto ingenio, pauper operarius contingit infelix, & purpure involutus princeps continue beatissimus foret, at eheu quam sæpe contrarium obtinet! — quam multi potentes, & celebres homines curarum & anxietatis non sunt victima? interea humilis & ignotus fructibus duri laboris cum animi serenitate fruitur.

Quæris fortunam, mi Bone! existimas adpetitionibus tuis deceptus, eam in splendide reperiri posse mediis — at media nequam beatitudo sunt, ipsa ad beatitatem tuam nihil possunt, quod seculo nihilominus infelices sunt, qui ea, quæ tantopere aucuparis bona, possident infelices sint. — Noli obscuro salutem tuam in extrinseco bono quaerere, verum quære in animi cordisque bonitate, quære in sapientia, quæ te super id, quod pulvis, quod fumus, quod vitrum est, tollit, & erit, elevat, & attollit. —

Non qui *optima tenet, sed qui optimus est, is beatus est.* —

Prout singulares homines, ita & gentes mutuo fortunam sibi invident — quem lividis oculis *Commercium cosmicum Angliæ* non consideratur? — at nemo expendit: quantos conatus, quanta pericula, quantasque difficultates continuis furens mare *Monopolie Anglicane* non opposuerit, ad ejus magnitudinem hauriendam, & absorbendam? —

Continuo *Providentia* injustis usurpationibus definit certos limites, atque sub summo fortunæ gradu semper latet profundissima abyssus.

Verum quidem est: pacem maritimam grande fore donum fortunæ. Et, quæso, cur non consequeretur? quæ impedimenta ei obstant! en quæ scribuntur?

Amstelodamo die 19. Mart. Pacis spes novissimis his diebus admodum laevare, persuasum habetur: propositiones inchoatas esse, quæ ad tractationes uberiores viam sternant. Sane: nunc adhuc tempus esset, *Portugalliam* ab occupatione liberandi & ei salutem ferendi; occupata in favorem armis *Josephi Regis Hispania* nullam conficiendam pacis obicem facere potest. — An amabo, *Bourbonius Princeps* non præfuit solio His-

paniæ regnante in Gallia Bourbonis præ-
 gnante? — Idem casus & cum Neapolitano
 Regno, cui æque Bourbonii principes præ-
 fuerunt. —

Fortassis *Hollandia* lapsu offensionis occasio-
 ne pacis tractationum esset? at & intuitu hu-
 jus argumenti quamvis difficultatem hæc me-
 ditatio tollit: cuius Imperanti salutem suæ Ci-
 vilitatis potius, quam foederati, utut potentis
 promovendam esse; attamen legere licuit
 difficultates, & objectiones, quæ regimini
 Baravo olim factæ, videlicet: id eum Anglia
 intuitu mercium ex privato lueri studio com-
 munem causam facere.

Præterea Conjugium Austriacæ Princi-
 pæ Ludovicæ cum Imperatore Napoleone
 quævis ulteriora molimina foederatos in Con-
 tinente explicandi Anglis præcidit. Quod
 si, ut fertur, arotior nexus Galliam inter &
 Austriam, quam ante revolutionem erat, er-
 tus fuerit, tum omnia consilia Angliæ in hoc
 argumento in irritam versa. Pr. Kaunitz jure
 asserbat: Austriam in foedere cum Angliæ—
 continuo gravem ditionum jacturam tulisse,
 quod reapse proh dolor! ex tempore ejus
 obitus nimis quam comprobatum est. —
